HIERONYMUS
um 836/859 Seite 230r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



deniq; dir̄ in eodem cantico canticorū · surge aquilo
& ueni auster · qui uero ingreditur ꝑ uiā portę me
ridianę & egreditur ꝑ uiam portę aquilonis · quis
nam ille est populus scilicet iudęorū qui derelinquens
uiam portae luminis uadit ad portam aquilonis ·
de quo dicitur aquilo uentus durissimus · nam & olla
hieremiae a facie aquilonis accenditur · dicamus
& aliter ꝑ portā aquilonis ingreditur qui peccata
dimittit & egreditur ꝑ portā meridianam qui uir
tutes sequitur · e contrario si iustus lapsus fuerit
in peccatis ingreditur quidem ꝑ portā meridianā
sed egreditur ꝑ uiam portae aquilonis · princeps
aut̄ inquit in medio eorū erit ingredientiū iuxta scilicet & egredientiū
illud qd̄ scriptum est · Medius inter uos stat quem uos
ignoratis & apl̄o an ignoratis quo xp̄s in uobis est
sin aut̄ ignorantib; dicitur quod medius inter uos stet
xp̄s · quanto magis scientib; sed quū inter scientes
xp̄s stet erit tunc corpus mortuū fiet ꝓpt̄ peccatū
& sp̄s uiuens ꝓpt̄ iustiā · Ingreditur aut̄ princeps
cū ingredientibus & egredientib; cū egredientib;
utrorūq; uirtutis atque peccati testis assistens in
nundinis ergo & in sollemnitatib; sabatorū uide
licet & kalendarū & uniuersae festiuitatis de qua